



No. 12. Vol. II.

527.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS

EXHIBENS

S. R. I. PRINCIPEM
J U S T U M D U O R U M
ELECTORATU M SECULARIUM
POSSESSOREM,

Q U A M

S O L O D E O P RÆS I D E

E X D E C R E T O

I L L U S T R I S F A C U L T A T I S J U R I D I C Æ
I N A L M A U N I V E R S I T A T E A R G E N T O R A T E N S I

P R O L I C E N T I A

S U M M O S I N U T R O Q U E J U R E H O N O R E S
E T P R I V I L E G I A D O C T O R A L I A R I T E
C O N S E Q U E N D I ,
S O L E N N I E R U D I T O R U M E X A M I N I

S I S T I T

J O H . C H R I S T I A N U S T R E I T L I N G E R ,

A R G E N T I N E N S I S ,

A . D . X X X . A P R I L . A . O . R . M D C C X X X V I I .

H . L . Q . C .

A R G E N T O R A T I ,
T y p i s M E L C H I O R I S P A U S C H I N G E R I , T y p o g r .

1 7 5 0 .



J. I.

Illustres sunt Electorum in S. R. I. prærogativæ ; eminent inter illas insigne jus Imperio capite destituto summum Orbis Christiani Principem eligendi : id ipsum , cum omnium aliorum instar esse videatur , multis præterea aliis coniunctum dubiam reddidit inter Juris Publici Doctores deliberationem , an quis duplē tam sublimis dignitatis personam sustinere possit ? Cum vero Electoratus sint vel Ecclesiastici vel Laici , quæstio hæc generalis in tres specialiores resolvitur ; scilicet num quis duorum Ecclesiasticorum ? utrum Ecclesiastici & Laici simul ? an demum duorum Laicorum seu Secularium Electoratum justus possessor esse , officiis iis annexis fungi ac juribus iis adhærentibus frui possit ? ultimam quæstionis huius partem Dissertationis meæ Inauguralis destinavi materiam , quam si vel minus ex rei

A 2

digni-

8

dignitate vel etiam quibusdam hinc inde aspersam erro-
ribus elucubravero, eo faciliorem ab æquo reique perito
Leætore veniam spero; quod nusquam errare facilis sit,
quam in quaestione ex vetustissima Imperii observantia &
perpetua rerum gestarum serie decidenda.

§. II.

Tam arduæ deliberationis hæc quaestio quibusdam
visa est, ut SCHÜTZIUS, a) HERMES, b) SCHWE-
DERUS, c) neutri se parti adjungere tutius arbitraren-
tur: negativam sententiam amplectuntur BILDER-
BECK, d) KEMMERICH, e) STRUVIUS, f) & Autor
der Erörterung der Frag: Ob ein Thür-Fürst zwey
Thür-Fürstenthümer zugleich besitzen könne? a. 1729. 4to
meas vero partes affirmantem sententiam probantis tuen-
tur LIMNAEUS, g) CARPOVIUS, h) BECKMAN-
NUS,

- a) In Collegio Publico de Statu Rei Romanæ Vol. I. Exerc. VII.
§. XV. dicens: *Non possumus, quin exercitii ergo banc quaestio-
nem moveamus potius, quam definiamus. &c. Ut ita in ancipi-
tus suspensus quo inclinem constanter non habeam. Idque tanto mi-
nus, quia notum est esse augusto Collegio sua archiva arcana, unio-
nes & conventiones, quibus ejusmodi casus expeditos, admodum
probe est, ut perjuadeat.*
- b) Fasicul. Juris Publici Cap. XVIII. Quæst. XVII. n. 26. p. 253.
- c) Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. II. Cap. III, §. 9. p. 784.
- d) Teutschen Reichs-Staat IV. Theil I. Cap. §. XIV.
- e) Introd. ad Jus Publ. lib. IV. Cap. VI. §. XXXV.
- f) Syntagma Juris Publici Cap. XVI. §. XXVII.
- g) Tom. I. Addit. ad Lib. III. Cap. VII. post §. 69. p. m. 351.
- h) Disputat. ad A. B. XV. Qu. I. p. 744.

NUS, i) RUMELINUS, k) THULEMARIUS, l) TI-
TIUS, m) Illustris a LUDEWIG, n) & PFEFFINGE-
RUS, o)

§. III.

Doctissimus KEMMERICH hoc præsertim senten-
tiæ suæ firmamentum affert, quod possessio duorum
Electoratum observantiae Imperii Romano-Germanici
repugnare videatur, *cum*, ut verba ejus sunt, *nullum*
extet exemplum nisi HENRICI LEONIS Ducatus Saxonie ac Bavariae possidentis, nec non ALBERTI MAR-
CHIONIS Saxonie quoque Ducatum sibi vindicantis, quod
utrumque tamen contradictioni fuit obnoxium. Cum ve-
ro plane sim persuasus meam potius sententiam indubia
Imperii observantiae constanter inniti, ea, qua licuit,
brevitate, historiam HENRICORUM SUPERBI ac
LEONIS nec non ALBERTI ex historicis probatae fidei
delineabo; apparebit exinde titulus, quo hos Ducatus
naucti fuerint; apparebit ratio, quæ eorundem possessio-
nem dubiam ipsis reddere visâ est.

Extincta a. Ch. n^o6. in MAGNO BILLINGICA
stirpe HENRICUS V. Ducatum Saxonie LOTHARIO

A 3

tunc

- i) Comment. ad A. B. Exerc. XI. pag. 265.
- k) Part. 2. Dissert. V. ad A. B. §. XIX. pag. 567.
- l) Tractat. de Octoviratu Cap. XXIII. §. 31. p. 421.
- m) Spec. Juris publici Lib. IV. Cap. IV. §. 3.
- n) ad A. B. Part. I. p. 906. & Part. II. p. 233.
- o) Vitriar. Illustrat. Lib. III. Tit. IIX. p. 664. Tom. III.

tunc Comiti Suplenburgico concessit, magnis hujus Principis in se meritis & singulari in eum benevolentia datus, nullam heic rationem habuit HENRICI NIGRI Ducis Bavariae, patris HENRICI SUPERBI ac mariti WULFHILDIS filiae defuncti MAGNI; insuper quoque habito OTTONE DIVITE Ascanio, cui altera filiarum MAGNI EILICA nupserat, patre ALBERTI URSI: movissent sine dubio hi Principes querelas, intercessissent injustae LOTHARII possessioni, si uxorum titulo quibusdam se in hunc Ducatum juribus gaudere credidissent; ast ignorant hoc eorum temporum Historici. a) Tranquillo hinc LOTHARIUS Saxoniae imperio praefuit, donec habenis imperii admotus Ducatum hunc in HENRICUM SUPERBUM seu MAGNANIMUM generum suum nemine rursus contradicente transtulit. b)

Non

a) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1106. pag. 737. apud Illustr. LEIBNIT. Scriptor. Rerum Brunsv. Tom. I. CONRADVS URSPERGENSIS Chronic. pag. 265. Edit. de anno 1540. HELMOLDUS Chronic. Scavorum Cap. XXXV. (XXXVI.) pag. 89. Ed. Lübec. de anno 1659.

b) Consentunt Scriptores in re, licet quoad tempus dissentiant:
 a. Ch. 1125. factum id esse refert Auror CHRONICI HOLSATI-
 CI apud LEIBNITIVM Tom. I. Access. Histor. Cap. XIII. pag.
 23. a. 1126. DODECHINUS in Appendice ad Marianum Scotum
 pag. 672. Tom. I. PISTORII Script. Rer. Germ. a. 1127. CON-
 RADUS URSPERGENSIS in vita LOTHARII Imp. p. 290.
 a. 1136. ALBERTUS STADENSIS pag. 268. apud SCHILTE-
 RUM Vol. Script. Rer. Germ. Autor HISTORIE ARCHI-
 EPISCOPORUM BREMENSIVM in vita Adalberonis apud
 LINDEBROGIUM p. 90. HENRICUS WOLTERUS in Chro-
 nic.

Non ita multo post anno nempe 1137. vitam finiit **LOTHARIUS**: c) dictus est dies, quo Principes ad Centuriata Imperii Comitia Moguntiam coirent, **LOTHARIO** alium ibidem sufficiunt Regem; verebantur hac rerum facie **HENRICUS** Sueviæ ac **CONRADUS** Franconiaæ Duces, ne **HENRICUS** Bavariaæ ac Saxoniam Ducatus longe cæteros potentia supergressus pluribus suffragiis Imperator electus vires suas augeret immensum: favebant habebant **THEODEWINUM INNOCENTII II.** Summi Pontificis Nuncium, **AELBERTUM** Trevirensem, **ARNOLDUM** Colonensem Praesules: agunt hi a. 1138. separatum a reliquis Confluentiæ conventum **CONRADUM** Regem renuntiant. d) Indignati electionem

hanc

nic. Bremensi in ejusdem Archi-Episcopi vita apud **MEIBOMIUM** Tom. II. pag. 50. **ALBERTUS KRANTZIUS** Lib. VI. Saxon. Cap. VII. & Lib. VI. Metropol. Cap. XV. **CHRONICON LUNEBURGICUM** apud **LEIBNITIUM** Script. Rer. Brunsv. Tom. III. pag. 173.

c) Variant quoad annum mortis **LOTHARII** Scriptores; siquidem secundum auctorem Chronic Monasterii Mortui Maris jam a. 1133. diem obiit supremum Lotharius; **CHRON. AUSTRAL.** apud **FREHERUM** Scriptor. Rer. Germ. Tom. I. p. m. 444. ada. 1136. **CONRADUS URSPERGENSIS**. vero p. 292. & **CHRONICON MAGDEBURGENSE** Tom. II. apud **MEIBOMIUM** p. 329. quos sequitur **BARONIUS** Tom. XII. Annal. Ecclesiast. n. XII. pag. 283. ad a. 1138. mortem ejus referunt: **CONTINUATOR** vero **SIGEBERTI GEMBLAC.** ad a. 1137. **ANNALES HILDESHEIMENSES** p. 741. & **CHRONOGRAPHUS SAXO**, ad a. 1137. p. 294. Tom. I. **LEIBNITII** Access. Histor. qui illum a. 1137. vita funetur esse scribunt, magis merentur fidem.

d) **CHRONOGRAPHUS SAXO** ad a. 1138. l. c. **OTTO FRISIN-**
GEN-

hanc Imperii legibus contrariam **HENRICUS** ac cæteri
Principes, quos consiliis suis admovere e re sua haud fo-
re crediderant, eidem intercedunt. Hos ad universa-
lem Principum Imperii congressum Babenbergæ agen-
dum invitat **CONRADUS**; præsentibus reliquis solus
desideratur **HENRICUS**, qui tunc in potestate habebat
Imperii insignia: e) dies hinc ipsi dictus est, quo Ratis-
bonæ se sisteret, insignia ibi **CONRADO** traditurus; tra-
didit **HENRICUS** multis speciosisque illectus promissis,
quibus, cum postea stare **CONRADUS** constanter ab-
nueret, Ratisbona indignabundus discessit. f) Mutuam
hanc inter Imperatorem & **HENRICUM** discordiam in
suos convertere usus decrevit **ADELBERTUS** sive **AL-**
BERTUS cognomine Ursus; movit **HENRICO** conso-
brino suo de Ducatu Saxoniæ controversiam, favente
actioni **CONRADO**, qui opes **HENRICI** quavis ratione
evertendas statuerat; speciem se justi invenisse putabant
in eo, quod unicum Principem duplici superbire Duca-
tu

GENSIS lib. VII. Chronic Cap. XXII. errant enim **GODFRI-**
DUS VITERBIENSIS & **CONRADUS URSPERG.** in vita
LOTHARII pariter ac **CONRADI III.** p. 292. qui hoc a. 1139.
contigisse scribunt, vid. **Zahn** in der Einleitung zu der Deutschen
Staats-Reichs- und Kaiser Historie III. Theil V. Cap. §. I. pag.
208. not. q)

e) **DODECHINUS** in Appendice ad Marianum Scotum ad a. 1138.
pag. 674. Tom. I. apud **PISTORIUM.**

f) **OTTO FRISING.** L. VII. Chron. Cap. XXIII.

tu minus convenire arbitrarentur. g) HENRICUS huic se submittere judicio constanter recusavit; ea re proscriptus Herbipoli Principum quorundam spolia HENRICI inter se dividenda sperantini h) Bavaria quoque exuitur, quæ in LEOPOLDUM CONRADI uterinum fratrem fuit translata; i) nec ita multo post a. 1139. vitam non sine suspicione accepti veneni commutavit, k) filium relinquens HENRICUM, LEONEM postea dictum, teneræ adhuc ætatis. Quis quæso ex hac rerum gestarum serie non videt CONRADUM plus odio, plus

primo

8

g) KRANTZIUS Lib. VI. Saxon. Cap. VIII. Albertum Marchionem hic Rex in Ducatu Saxonia confirmavivit, quod iniquum esse censeret, eundem in regno duobus insigniri Ducatibus, quod Henricus jam teneret Bavariam: decus esse regni, in duobus Ducatis duos esse duces. Turbarvit ea res multos Principes & avertit Conrad. Vixit in corde ejus obliquus, (ut putabatur) livor in Lotbarium ante se imperantem, cuius facta putavit antiquanda, quod ille Henrico genero Ducatum Saxonie contulisset. Conf. lib. VI. Metropol. Cap. XVI. HELMOLDVS I. c. Lib. I. Cap. LIV. (LV.) ALBERTUS STADENSIS ad a. 1137. & 1138. pag. 268. seq. CHRONICON WEINGARTENSE apud LEIBNITIUM Tom. I. Script. Brunsv. p. 789. ALERICUS MONACHUS TRIUM FONTIUM ad a. 1138. Tom. II. Access. histor. LEIBNITII pag. 283.

h) Vid. Spener's Teutsches Jus Publicum 2. Buch Cap. V. §. IV. pag. 231.

i) CONRADUS URSPERG. ad a. 1139. pag. 293. OTTO FRI-
SING. Lib. VII. Chronic. Cap. XXIII.

k) CHRONICON BIGAUGIENSE ad a. 1139. pag. 259. MONA-
CHUS WEINGARTENSIS de Guelfis Principibus Cap. XIV.
anno eodem pag. 792. KRANTZIUS Lib. VII. Saxon. Cap. VIII.

B

prio commodo, quam juri tribuisse; proferant qui in-
justissimæ huic actioni favere videntur in altissimo omnium
historicorum silentio vel unicam legem; proferant exem-
plum Principis ob duorum Ducatum possessionem
damnati; sane jamante HENRICUM. Magnanimum plu-
res in ipsis Imperii Comitiis duorum Ducatum retores
sunt constituti; exempla collegi ad §. 12. Clarius adhuc
ex sequentibus illucesceret facti iniquitas: mortuo a. II41.
HENRICO seu Pribislao, Pribizlao, Primislao, Pri-
bezlao, Regulo Marchiæque Brandenburgensis domino
hic quoque Marchionatus ALBERTO URSO a CON-
RADO III. datus; l) a. II42. demum ALBERTUS Mar-
chia contentus per Transactionem Francofurtensem Sa-
xoniam HENRICO LEONI restituit. m) Subinde qui-
dem HENRICUS Bavariam a CONRADO multis ipsum
promissis semper eludente, frustra repetebat; n) a FRI-

DERICO

l) KRANTZIUS Lib. VI. Saxon. Cap. VIII. CONRADUS BO-
THO Chron. Picturat. Brunfv. apud LEIBNITIUM pag. 341.
Ock so starff Marggreve Hinrick to Brandeborck, do wart dem
Keysér de Marcke los &c. p. 322. do Marggreve Hinrick to Bran-
denborck dot was, do kam Kayser Curradas, unde belech de Mar-
cke Greve Albert van Soltweddell, unde makede Frede umme dat
Hertogedom to Sassen.

m) DODECHINUS ad a. II42. pag. 675. apud PISTORIUM
Tom. I. OTTO FRISING. Lib. VI. Cap. XXVI.

n) OTTO FRISINGENSIS Lib. I. de gestis Friderici I. Cap. XLIII.
pag. 431. apud URGSTISIUM Scriptor. Rer. Germ. sic habet:
Ad predictam curiam (Francofurtensem) Heinricus Henrici de quo
supra dictum est, Noricorum Dux filius, qui jam adoleverat,
venit

DERICO I. demum plenissime in integrum restituendus ac justus rursus Saxoniae & Bavariae Dux in ipsis Imperii Comitiis agnoscendus. o) Satis, ni fallor, superque dubio huic occurri. Unicum addam, perperam ex fatis turbarum bellorumque civilium infelicibus temporibus observantiam Imperii colligi, neque, ut ITTERUS p) praeclare observat, quod semel iterumque Cæsare aliisque quorum interest coinvcentibus attentatum forte fuit in perpetuam indubitatamque Imperii observantiam evanuisse statim dici potest.

§. IV.

Autor der Erläuterung der Frag ic. sententiam meam ex eo capite impugnat, quod numerus Electorum minui non possit, ad quod probandum provocat ad §. 6. Procem. A. B. ubi Imperator ita loquitur: *divisionem inter septem Electores Sacri Imperii, per quos velut septem candelabra sacrum illuminari debet Imperium, multoties posuisti;* addit d. A. B. Cap. I. §. 18. 19. 25. Cap. II. §. 8. 9. 10. Cap. VII. §. 2. 5. &c. adducit porro literas Electoris Moguntini ad Saxonem & Brandenburgicum

B 2

d. 3.

venit, Ducatum Noricum, quem patri suo non iuste abdicatum afferebat jure hereditario reposcens. Quem Princeps (CONRADUS) multa prudentia & ingenio inductum usque ad redditum suum suspendens quiete exspectare persuasit.

o) OTTO FRISING Lib. II. Cap. XXVIII. GUNTHERUS Lib.

II. Ligurini vers. 55. seqq.

p) de Feudis Imperii Cap. II. §. 8. pag. 66.

8

d. 3. Nov. a. 1623. datas, ejusdem ad Brandenburgicum
 d. 13. Febr. 1624. & Saxonis ad Moguntinum d. 1. Mart.
 1624. &c. Verum ut concedam allegatos textus & literas probare, quod adversarii probare satagunt, numerumque Elektorum minui non posse; a) nullum tamen hinc in meam sententiam verget incommodum; numerus enim septenarius non imminuitur, si sex tantum sint Principes, modo unus illorum duplum sustineat personam, duorum suffragio gaudeat, duorum officio fungatur; tot semper erunt Electoratus, tot Electores, quot sunt terræ, quibus haec dignitas adhæret. (§. 8.) Exemplis quoque ac testimoniis docemur unicum Principem bina saepe tulisse suffragia. In electione RICHARDI a. 1257. Coloniensis suffragium Moguntini exposuit; b)

defun-

- a) Conf. ea, quæ de hac questione differit SCHÜTZIUS l. c. §. XVII. B. p. 525. seq. cum art. XI. Capitulationis hodierni Imperatoris CAROLI VI, ubi haec leguntur verba: Wann auch ins künftige lehen, dem Reich durch Todts Falle oder Verwürckung eröffnet und lediglich heimfallen werden, so etwas merckliches ertragen, als Chur-Fürstenthümer, Fürstenthümer, Graffschäften, Herrschaften, Statt und dergleichen, die sellen und wollen Wir die Chur-Fürstenthümer ohne der Chur-Fürstlichen Collegii, die Fürstenthümer, Graff- und Herrschaften, Statt und dergleichen, aber ohne der Chur-Fürstlicher, Fürstlicher, auch, (wann es nemlich eine Reichs-Statt betreffen thut) Städtischer Collegiorum Vorwissen und Consens, ferner niemand leyhen; auch niemand einige Exspedanz oder Anwartung darauff geben, sondern zu Unterhaltung des Reichs, Unser und Unserer nachkommender Königen und Kaisern behalten, einziehen und incorporiren.
- b) Probant hoc litteræ URBANI IV. P. R. ad RICHA RUM apud

defuncto RUDOLPHO a. 1291. WENCESLAUS Bohemæ Rex vices suas Moguntino commisit Electori; c) idem contigisse tempore HENRICI LÜZELBURGICI ex LEIBNITIO probari potest. d) In omni jure obvia sunt exempla unici hominis diversas sustinentis personas, ac hinc diverso utensis jure. Vid. Recess. Imperii de anno 1548. §. 71. Auch den Graffen von Tübingen. l. 16. D. de in Jus vocando. Cap. Cum Capella 16. X. de Privilegiis & Excessibus privilegiatorum. Cap. ex literis 3. X. de Probationibus. Notissimum quoque est illud CAROLI V.; Wir Karl ic. Römischer Kayser entbieten dir Carl Erz-Herzogen in Oesterreich ic.

§. V.

Provocant porro negativæ sententiae inhærentes ad artic. IV. §. 9. Instrum. Pacis Osnabrug. cuius verba sunt:
Quodsi vero contigerit lineam Guilhelminam prouersus deficere, superflite Palatina, non modo Palatinatus superior, sed etiam

B 3 digni-

apud LEIBNITIUM in Prodromo Tom. I. Codicis Diplomatici Juris Gentium §. XIV. pag. 15.

e) VITRIARIUS Inst. Juris Publici Lib. I. Tit. VI. §. 7. Unde Moguntinus in Instrumento super hunc actum facto, dicit: Haben Wir auch, mit Willen Unserer Mit-Chur-Fürsten, seine Stelle eingenommen, und so wohl für Unsere Person, als an Statt und von wegen vorgemeldten Königs in Böhmen, den Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Adolphum zu einem Römischen König erwähler.

d) Tom. I. Cod. Dipl. §. XXX. pag. 50. Tom. II, in Mantissa §. 49. p. 253.

dignitas Electoralis, quæ penes Bavariae Ducem fuit, ad eosdem superstites Palatinos, interim simultanea Investitura gavisuros, redeat, octavo tunc Electoratu prorsus expungendo. Ex hoc probari posse credunt, nullum unquam Imperii Principem duorum Electoratum possessorem esse posse; verum abunde his satisfieri potest tum ex iis scriptis, quæ in catena noni Electoratus circa finem seculi superioris in lucem prodierunt, a) tum ex sequenti observatione ac allegati paragraphi explicatione: octavus Electoratus ad tempus tantum Rudolphinæ familie in compensationem proprii concessus sine dubio cessatus erat, Electoratu ac cæteris juribus amissis ad Palatinam familiam, Guilhelmina extincta, rursus devolutis.

§. VI.

Paetum Confraternitatis a) gentium Saxonicae, Brandenburgicæ ac Hassiacæ, vi cuius extintis Brandenburgicis Saxones & Hassi ex æquo succedant, extintis vero vel Saxonibns, vel Hassis, Brandenburgici saltem tertiam partem, reliqua gens superstes duas tertias obtineat, Electorali dignitate semper ad Hassos devolenda, cui obstat videtur, illi, si Titius domum suam legavit

- a) Habentur ea in THUCELII Elec*tis Juris Publici Curiosis*: argumenta in compendio exhibet SCHWEDER in *Theatro Praetensionum* Lib. IV. Sect. VI. Subsect. I. Cap. I. pag. m. 137.
- a) Vid. de hoc paeto STRUVIUS l. c. Cap. XXVII. §. XX. & ab eo citati autores.

gavit Mævio, qui nondum ædes proprias habuit, con-
cludendum esset, nulli alii nisi ei, qui nondum ædium
aliquarum dominus est, domum legari posse. Ipsum
hoc paëtum meliori jure pro mea sententia allegari posse
mihi videtur, siquidem Saxonicis e. gr. ac Hassiacis gen-
tibus extintis Brandenburgici tam in Provinciis Hassia-
cis, quam in Electoratu Saxonie ex aſſe succendent; ma-
gna quæ inde uni aut alteri accresceret potentia, causa
certe fuit, cur in congressu Osnabrugensi Comes de
TRAUTSMANSDORFF Imperatoris legatus nomine ejus
paëtum hoc confirmare recusaverit, narrante LUDOLF-
FO: b) Hassis quoque idem potentibus denegatum id
fuisse PUFFENDORFIUS c) refert. d)

§. VII.

Argumentum quoque quidam ducunt a minori ad
majus; ne patrem quidem & filium eodem tempore di-
versos

b) Schaubühne der Welt. Tom. I. ad a. 1614. cap. 2. §. 41.

c) Rerum Suecicarum Lib. 20. §. 167. p. 837. Edit. de a. 1705.

d) Vid. tamen Capitul. CAROLI VI. Art. I. Wir sollen und wol-
len auch Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen (die unmittelbare
Reichs-Nütterschaft mit eingeschlossen) ihre Regalien, Obrigkeit-
ten, Freyheiten, Privilegien, die vor diesem unter ihnen denen
Reichs-Constitutionibus gemäß gemachte Uniones, zuvorberst
aber die unter Chur-Fürsten und Ständen aufgerichtete Erb-Ver-
brüderungen, Reichs-Pfandschaften, secundum Instrumentum
Pacis, Gerechtigkeiten, Gebräuch und gute Gewohnheiten, so sie
bisher gehabt, oder in Ubung gewesen, zu Wasser und zu Land
auf gebührendes Anſuchen, ohne Weigerung und Aufhalt in be-
ständiger Form confirmiren.

versos Electoratus possidere posse probare volunt ex GOLDASTO, a) qui refert SIGISMUNDUM Imperatorem LUDOVICO Palatino & FRIDERICO Brandenburgico vacantem Saxoniae Electoratum pro filiis suis potentibus respondisse, *se promptum quidem esse ad ornandos filios ipsorum, sed pietatem erga Deum & amorem in Rempubl. sibi obstat;* antiquo enim Imperii mori refragari patrem & filium simul Electores esse. Sed quo quæsto fundamento proferre hæc potuit SIGISMUNDUS, qui ipse a patre CAROLO IV. Rege Bohemiæ Marchiam accepit Brandenburgensem: b) appetet sane SIGISMUNDUM, rotunde perita illorum denegare nolentem, aliquali faltem excusatione uti voluisse, bene gnarum & hanc sufficere, quia nullus illorum jure eum ad præstandum id quod ex mera ipsius dependebat gratia cogere poterat. Nullam esse hanc regulam probant exempla eam destruentia; c)

A D E L.

- a) Reichs-Satzung P. 2. p. 102 Rayfers SIGISMUNDI Bekanntniss-Brief über das Chur-Fürstenthumb Sachsen, Land-Graff Friederich gegeben anno 1426. add. FABRICIUS Orig. Saxon. Lib. VII. p. 696.
- b) DUBRAVIUS I. XXV. ineunte Sigismundo adhuc impuberi Cærolus pater, Marchiam Brandenburgensem, quam ab Otthono postremo illius Marchionem emerat, dono dedit, mira indole animi, ingeniique ejus captus. EBERH. WINDECK. c. II. Do nam er Sigmund seynen Sune und furte den in dem obgeschrieben Jar in die Brandenburger Marg in Brandenburg und gab Im die lante, &c.
- c) GOLDASTUS d. l. p. 103. allegat etiam exemplum BERNHARDI ALBERTI URSI filii, sed errat: BERNHARDUS enim a. 1180, demum exauktorato HENRICO LEONE Saxoniam accepérat:

ADELBERTUS enim II. sive ALBERTUS I. Præsul & Elector Moguntinus erat ab a. 1482. usque ad annum 1484. patre ERNESTO Electore Saxonæ adhuc vivo & de-
mum a. 1486. mortuo. d) Recentissimum CLEMEN-
TIS AUGUSTI exemplum, qui a. 1723. Elector Colo-
niensis postulatus patre MAXIMILIANO Electore Bava-
riæ adhuc vivente plane tollit dubium.

§. VIII.

Examinanda jam venit eorum sententia qui Prin-
cipatum quidem in eum, qui jam Elector est, devolu-
tum, illi non denegant, suffragium vero in Collegio
Electoralis, Archi-Officium ac cætera jura Electoralia Principati isti adhærentia cessare statuunt. Inclinare se ad
hanc sententiam videntur Illustr. COCCEJUS*) &

GLA-

ceperat: OTTO. DE S. BLASIO C. XXIV. Pater vero iam a.
1170. decesserat testibus CHRONOGR. SAXON. ad d. a. p. 309.
ALBERTO STADENSI p. 291. apud SCHILTERUM,
CHRONICO STEDERBURGENSI anno eodem apud MEI-
BOMIUM Tom. I. Rer. German. p. 455.

d) IMHOFF Notitia Procerum Imperii Lib. II. Cap. II. p. 35.

*) In Juris Publici Prudentia Cap. XIV. §. 18. dicens: *Evidem unius plures Principatus esse posse indubium est, sed si Archi-Officia iis cobereant, alterum vacabit, uti tum quoque vacavit. (Henricorum tempore) Forte igitur non facile id fiet (ut unus duos Elec-
toratus possideat) unde & clausula in pacto reciproco Saxonie,
Marchie & Hassie, verum si cui ex justa successione questum jus
sit, id ei idco auferri non poterit.*

C

& GLAFÉY; a) præcipua eorum ratio est, quia olim in concursu duorum Ducatum hoc ita observatum fuit. Lubens iis concedo antiquo Imperii Romano-Germanici statui-hoc optime convenire; suffragia enim non erant terræ annexa; suffragia non numerabantur; Archi-Officia a præsentibus erant subeunda; ast cum hæc omnia subsequentibus temporibus in contrarium mutata sint; suffragia enim hodie a Territorio dependent; b) suffragia

a) Quæstionem hanc in historia Germaniaæ Polemica occasione judicij CONRADI III. movens, sentenciam suam pag. 253. his expressit verbis: So viel könnte man noch eher einräumen, daß einer nicht zwey Erz-Aemiter besitzen könnte, weilen einer selbige keude zugleich in Person, wie doch vor Alters geschehen müste, nicht verwalten könnte, deme zufolg auch nach combinirter Pfalz bey Rhein mit dem Herzogthum Bayern so gleich das Bayrische Erz-Schenken Amt weg und an Böhmen fiel, auch nach der Zeit nicht wieder erlanget werden mögen, als Böhmen wieder abgetheilet wurde, wie solches aus den beym Tolner bündlichen Diplomaticis in Codice Diplomat. und dem Streit Pfalz. Graff Ludwigs, und Herzog Heinrichs Gebrüdern von Böhmen mit den Böhmen zu Zeiten Kaiser Rudolphi I. zu sehen ic. mittlerweile müste das Principium, daß einer zwey Herzogthümer nicht besitzen könne, in den dæmahl's trüb'nen Zeiten wider Heinrichen den Stolzen gelten, welches, wie bereits erwiesen, durch die folgenden Zeiten ganz außer Brauch gekommen, und vom Kaiser SIGISMUNDO ohne Grund vor sich angeführt worden.

b) Vid. pluribus PFEFFINGER in Vitriario illustrato lib. III. tit. IX. §. XXIV. Tom. III. p. 662. seqq. & ab eo citati autores. In Diplomate CAROLI IV. Imp. de Jure eligendi RUPERTO C. P. R. competente, dato Norimbergæ a. 1356. apud FREHERUM de Legitima Tutela Curaque Elect. Palat. pag. 393. hæc habentur verba: Ex quo Magnificus Rupertus Senior C. P. R. Sa-

gia numerantur; c) constituti sunt Sub-Officiales per
C 2 quos.

cri Romani Imperii Archidapifer, Dux Bavariae, est in possessione
& dominio, seu usu habet Principatum Palatinatus, Archidapifera-
riam, Terras, Vasallagia, cum omnibus pertinentiis, super qui-
bus Elecio & Vox Comitatus Palatini Rheni fundata est, &c.
Quia nos cum iure & per sententiam, invenimus, quod Elecio &
Vox, super Principatum, & super terras Palatinatus & super
Archidapiferiam, taliter fundatae sunt, ut unum sine alio perse-
re non possit &c.

- c) Vid. GLAREY Histor. German. p. 552. Spener l. c. Lib. II.
Cap. XI. §. III. pag. 220. seqq. Bey der ziemlich eingegogenen
Anzahl der sich in einem von dem alten Staat so unterschiedenen
Zustand befindenden Reichs-Stände, ward, vornehmlich nach
des Interregni Zeiten, das Zehlen der Stimmen endlich Mode.
Es hatte sich kein Stand, so schwach und gering er war, nach
des andern Meinung zu richten. Jeder votirte wie und was er
wollte. Oft stimmen die Reichs-Städte den Chur-Fürsten und
übrigen Fürsten und Graffen ganz offenbahr entgegen. Da mu-
ste man aus der Zahl der Stimmen einen bequemen Reichs-
Schluss zu formiren suchen. Welches, wie die Provinzen zusam-
men hielten, und meistens sich eines gemeinen Schlusses, es seye
mit oder ohne ihren Herzog, vereinigten, unmöglich, ja theils
fast unmöglich gewesen. Nunmehr eigneten sich ferner nach und
nach die Gelegenheiten der von einem Reichs-Stand angenomme-
nen mehreren Stimmen auf den Reichs-Tagen. Als die alten
Reichs-Aemter annoch bestanden, stimmte jeder wegen derselben,
ob er gleich außer dem Amt seine eigenthümlichen ansehnlichen
Güter besasse. Es waren keine, als die begüterten Frehen, die
blos wegen ihrer Güter nach der Teutschen Freyheit auf die Reichs-
Tage zu kommen berechtigt waren. Zehn kamen hingegen sämt-
liche Stände auf die Reichs-Tage wegen ihrer Lände. Deren
hatte mancher ganz unterschiedene, und war besugt, wegen ei-
nes jeden ein besonderes Vorum zu fordern; sitemahlen die Stim-
men zu neueren Zeiten gegen das vorige Herkommen allein nach
der

quos Electores Archi-Officiis fungi possunt; meam sententiam hodierno Imp. Romano-Germanici statui convenire evidenter patet, cessante enim causa, cessare etiam debet effectus. CAROLUS IV. in Aurea Bulla dignitatem ac jura Electoralia ita territorio alligavit, ut alterum sine altero subsistere nequeat, & ut absonum putetur, aliquem esse possessorem terræ Electoralis & tamen jure Electorum non gaudere; verba Imperatoris cum sint clarissima ac omne plane dubium tollant hic subjungam;

Cap. VII. hæc habentur: Sane generaliter longe lateque est publicum & quasi per totum orbem notorie manifestum Illustres, Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxonie & Marchionem Brandenburgensem virtute regni & Principatum suorum in electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi cum ceteris Principibus Ecclesiasticis, seu Coelectoribus ius, vocem & locum habere & una cum ipsis censeri & esse veros & legitimos S. Imperii Principes Electores. Cap. XX. sic dicit: Cum universi & singuli Principatus, quorum virtute seculares Principes Electores, ius & vocem in electione Romanorum Regis in Cæsarem promovendi obtinere noscuntur, cum jure hujusmodi nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis cuiilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem, adeo

conjun-
der Zahl wortengerechnet werden. Hatte allenfalls gleich vormahls einer zwey Aemter, das man in der Regel dennoch nicht leicht zu gestanden, konten ihm zwey unterschiedene Stimmen mehr nicht als ein einziges Votum Vorheil bringen..

conjuncti & inseparabiliter sint uniti, quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque jura ad quemlibet Principatum eorundem spectantia cadere non possint in alium praeter illum, qui Principatum ipsum cum terra, vasallagiis, feudis & dominio, ac ejus pertinentiis universis dominatur possidere, praesenti editio Imperiali perpetuo valituro sancimus, unumquemque Principatum predicorum, cum jure & voce electionis ac officio, ceterisque omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipsum spectantibus, ita perseverare & esse debere unitum perpetuis temporibus invisibiliter & conjunctum, quod professor Principatus cuiuslibet, etiam juris, vocis, officii & dignitatis & pertinentiarum omnium ad illum spectantium, quieta debeat & libera possessione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipseque & nemo aliis per ceteros Principes Electores ad Electionem & omnes actus alios pro Sacri Imperii honore vel opportunitate gerendos, omni tempore assumi sine contradictione qualibet & admitti; nec aliquid praemisorum ab altero, cum sint & esse debeat inseparabilia, dividiri vel ullo tempore debeat separari, aut in judicio vel extra divisim repeti, aut evinci, vel etiam per sententiam separari; nec quis unum sine alio impetens audiatur.

§. IX.

Objicit porro BILDERBECK vergere posse in maximum ceterorum Electorum incommodum, si quis duobus in Comitiis Electoralibus gauderet suffragiis, accu-

C 3 ratiores

ratiores Politicos semper inculcare ac docere , sanguine
 vel affinitate sibi nimis coniunctos in Senatum præcipue,
 tibi de summa Reipublicæ deliberatur , recipiendos non
 esse; perpendendum illud POLYBII: a) ἐδενι χρὴ τη-
 λικαύτηρη συγνατασμενάζειν δυναστίαν , πρὸς ἦν ἐδὲ περὶ τῶν
 ὄμολογμένων ἐξέσαι δικαίων ἀμφισβητεῖν : Nemini tanta est
 adstruenda potentia, ut cum eo postea de tuo quavis mani-
 ferto jure disceptare ex aequo non queas ; membro Reipubli-
 cae non tantum tribuendum potentia , qua cæteros op-
 primere posset, tristia quoque Romanæ Reipublicæ fata
 abunde docere; verum respondeo huic inconvenientiæ
 obviam itum per constitutionem CAROLI IV , vi cuius
 omnes & singuli Electores jusjurandum dare tenentur,
 jē, ut verba sunt Aureæ Bullæ §. 3. Cap. II., secundum
 omnem discretionem & intellectum suum cum Dei adjutoria
 eligere velle temporale caput populo Christiano , id est, Re-
 gem Romanorum in Cæsarem promovendum , qui ad hoc
 existat idoneus &c. Omnino enim damno BRUNNE-
 MANNI sententiam , qui jusjurandum hoc magis ex
 consuetudine & dicis gratia præmitti solere dicit. b) Ab-
 sonum quoque mihi videtur alicui rem aliquam , quæ
 ipsi omni jure debetur , ex eo denegare velle fundamen-
 to, quia ille ea forsitan abuti posset. c) Regulæ illæ
 Politici

a) Histor. Lib. I. Cap. 83.

b) In Examine Juris Publici Lib. II. Cap. I. q. 4.

c) Applicari hic possunt ea argumenta , quibus in Jure Naturæ de-
 monstratur metum ex vicini potencia injustam esse belli causam ,
 vid.

Politicorum omnino quidem in plerisque casibus suadent leges in Republica ferendas esse, quibus nimia membra-
rum Reipublicæ vires intra justum & legitimum coér-
ceantur modum, minus commode tamen contra me al-
legantur; dispuo enim de casu, ubi talis lex nondum
lata est; dispuo non ex regulis Politices, quid Imperio
Romano-Germanico conveniat, sed ex regulis Juris Pu-
blici, quid secundum eas statuendum sit.

§. X.

Alios confusio, quæ in processu solenni ac sessio-
ne oriretur, si unus Princeps duorum Secularium Ele-
ctorum officium peragere deberet, prohibet, quo mi-
nus meæ subscrivant sententiaæ ac duo quem Archi-Offi-
cia peragere posse concedant; turbari hoc modo ordi-
nem per Legem Imperii Romano-Germanici fundamen-
talem Auream nempe Bullam introducunt, Capite enim

XXVIII.

vid. HUGO GROTIUS de jure Belli & Pacis lib. II. Cap. I. §. 17.
& Cap. XXI. §. 5. Illustris PUFFENDORFFIUS de Jure Na-
ture & Gentium lib. IIX. Cap. VI. §. 5. p. m. 1226. Ad posterio-
rem classem spectat metus ex vicini viribus ac potentia collectu-
s & ubi velle putant, quodcumque potest. LUCANUS lib. III.
Qui solus tamen ad iuslatam belli causam non sufficit, nisi de animo
nos ladedi certitudine morali evidenter constet. Num inventa
periculi suspicio id quidem suadere potest, ut mature tibi praesidia
circumponans; non jus facere, ut prior vim adhibeas, ne ad hunc
quidem finem, ut realem, quam vocant, cautionem de non offen-
dendo alter praeslet. AULUS GELLIUS lib. VII. Noctium At-
ticarum Cap. III.

XXVIII. §. 3. dici: *Infra Sessionem Imperialem mensæ pro septem Principibus Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus præparentur, tres videlicet a dextris, & tres aliae a sinistris & septima directe versus faciem Imperatoris vel Regis, sicut superius in capitulo de sessionibus Principum Electorum per nos est clarius definitum.* Verum recte respondet LIMNÆUS l. c. magnificentia ac splendori in pompis nihil derogari, si unus idemque Elector duo gerat Imperialia Insignia, unum manu dextra, alterum sinistra, quodsi vero commode duo insignia, ut ensis cuius magnitudo & manubrium ambas manus requirere videtur, & sceptrum vel pomum, ab uno portari nequeant, aut in numero gestantium major æstimetur esse splendor, unum Elector, alterum ejus substitutus gerat; si quis vero forsitan regeret absolum esse simul Electorem ac ejus substitutum esse præsentes, ei respondeo: eodem quidem respectu quis simul præsens & absens esse nequit, sed bene tamen diverso; sic cum hodiernus Imperator CAROLUS a. 17II. Francofurti ad Moenum coronaretur aderat legatus ejus tanquam Regis Bohemiæ FRANCIS-CUS FERDINANDUS Comes de KINSKY: præsens itaque erat CAROLUS Rex Romanorum, absens vero erat idem CAROLUS Rex Bohemiæ. a) Dici quoque posset

a) Vid. Eigentliche Beschreibung deren zu Frankfurt am Main anno 17II. vollzogenen Wahl- und Krönungs-Actuum Ihrer Römisch. Kaiserl. Majestät CAROLI VI. Mayns anno 17I2.

set ordinem & cærimonias illas , quarum Aurea Bulla mentionem facit , non ita necessarias esse , ut mutari nequeant . b)

§. XI.

Remotis potioribus dubitandi rationibus stabilienda
jam est sententia quam defendo ; fundatur præcipue in
eo , quod per scriptam ac publice latam legem hic Elec-
toratum in unum Sacri Romani Imperii Principem con-
cursus nunquam fuerit prohibitus ac injustus redditus &
consequenter Juri communi , quod Electoratum ei ad-
judicat , qui aut ob consanguinitatem , aut ob paetum
legibus Imperii conveniens , aut propter collationem
ab Imperatore ex speciali gratia factam jus in eum se ha-
bere liquido demonstrare potest , nunquam fuerit dero-
gatum ; imo contra plura illa exempla , quæ diligentius
in majorum annales inquirenti se offerunt , me plane con-
vincunt , certissimam Imperii Romano-Germanici obser-
vantiam justitiam hujus Electoratum in unum Princi-
pem concursus reddere indubiam . Allegabo ergo ex
omni fere Imperii Romano-Germanici ætate exempla ,
quæ mihi in id curatus , quantum & tempus & alia quæ
se obtulerant impedimenta ac obstacula permiserunt , in-

quirenti

- b) Vid. Spener l. c. Lib. IV. Cap. II. §. VI. ubi responderet iis ,
qui Principem Protestantium Sacris addidum Imperatorem eligi
posse ex eo fundamento negant , quod cærimonias secundum Au-
ream Bullam obseruari nequeant .

D

quirenti obvenerunt ; omnia enim in medium afferre nec necessarium duco, nec promittere ausim.

§. XII.

I. HENRICUM Saxonem, qui vulgo Auceps diciatur, Saxonie atque Thuringiae Ducem fuisse LUITPRANDUS a) testatur : II. OTTO Magnus genero suo CONRADO Franconiae Duci Lotharingiam quoque impertitus est: b) III. OTTO LUITHOLPHI filius, OTTONIS M. nepos Alemanniæ Dux erupta HENRICO seu HEZILONI ob turbas, quas excitaverat, Bavaria & hunc accepit Ducatum: c) IV. HENRICO postea Imperatori hujus nominis tertio CONRADI II. Salici filio, qui a. 1027. in Comitiis Ratisbonensibus Bavariae Ducatum consentientibus Imperii Principibus acceperat, d) mortuo

HER-

a) Lib. II. Cap. VII.

b) CONTINUATOR RHEGINONIS ad a. 943. pag. 104. Tom. I. apud PISTORIUM, SIGEBERTUS GEMBLACENSIS ad a. 944. pag. 817. l. c.

c) HERMANNUS CONTRACTUS ad a. 978. p. 267. apud PISTORIUM Tom. I. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 982. p. 719. & Diploma apud MABILLONIUM Tom. IV. Annalium Ordinis S. Benedicti L. XLIX. n. 14. p. 9. in quo Dux Alemannorum & Bajoariæ vocatur.

d) ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1027. pag. 725. CHRONOGRAPHUS SAXO, ad eundem annum pag. 240. Rex nati vitatem Joannis Baptista Imbripoli regaliter celebravit, ubi defuncto in bona senectute Heinrico Duce Bavariorum, filio suo Heinrico eundem Ducatum principum delectu commendavit.

HERMANNO juniore a. 1038. etiam Alemanniæ Duca-tus collatus est: e) V. HENRICOS SUPERBUM ac VI. LEONEM Bavaris ac Saxonibus jure præfuisse §. 3. abun-de docet: VII. CONRADUS FRIDERICI I. BARBA-ROSSÆ filius mortuis FRIDERICO de ROTINBURCH & FRIDERICO fratre Suevia Ducatum Franconico junxit: (VIII.) f) HENRICI LEONIS filius & ipse HENRICUS, cognomine Formosus & Longus g) ducta AGNETE, filia CONRADI Comitis Palatini Rheni, ab Imperatore HENRICO VI. mortuo paulo post, anno nempe 1195. socero, solenniter de Palatinatu Rheni in-vestitus, h) cumque pater ejus eodem anno diem obiis-

set
D 2

e) HEPIDANUS ad a. 1044. (1038.) *Henrici Regis frater* - - -
Herimannus Dux Alamannicus (obiit) cuius Ducatum idem Rex
a patre suo eodem anno perceptit.

f) OTTO DE S. BLASIO Cap. XXI. pag. 207. apud URSTI-
SIUM. GÜNTHERUS lib. I. Ligurini vers. 82. pag. 277. apud
REUBERUM Edit. de anno 1584.

*Nec tu regifico Chunnradi nomine clarus
Ac verus virtute nepos, cui fædere certo
Nominis & juris succedens, Francona rura
Heribolimque regis prima cui munera Musæ
Obtulimus, scriptos sacra de sede libellos
Prætereundus eris &c.*

OTTO DE S. BLASIO Cap. XXXVII. pag. 217. CONRADUS
URSPERGENSIS pag. 31. *Cunradum qui mortuo predicto Fri-derico fuit Dux Suevorum.*

g) GELENIUS in Histor. S. Engelberti p. 44. SPANGENBERG
Chron. Mansfeld. c. 235. ad an. 1193.

h) ARNOLDUS LÜBECENSIS lib. IV. Chron. Sclav. Cap. 20.
§. 1. seqq. pag. 410. GODEFRIDUS COLONIENSIS ad. a. 1195.
pag.

set supremum Saxoniæ quoque Ducis titulum axiomati Comitis Palatini Rheni præfigere cœpit: i) (IX.) sed eadem **HENRICUS**, quæ Parentes iniqua percessus est fata; fratrem enim Ottonem quem Pontifex anathemate damnatum imperio indignum declaraverat defendens a **FRIDFRICO** Anti-Cæsare proscriptus ac a. 1215. Palatinatus privatus est, quem **LUDOVICUS** Dux Bavariae filius **OTTONIS WITTELSBACHII**, qui a. 1180. Bavariam **HENRICO LEONI** ademitam a **FRIDERICO I. BARBAROSSA** acceperat, consecutus est. k) Nihilominus tamen **HENRICUS** titulo Ducis Saxoniæ ac Comitis Palatini Rheni usus est usque ad mortem, l) quae ipsum

a. 1227.

pag. 360. Tom. I. apud **FREHERUM**: *Conradus Comes Palatinus de Rheno obiit: cuius dignitates & beneficia Henrico filio Henrici quondam Ducis Saxoniae cesserunt. Is enim filiam ejus unicam duxerat: MONAGHUS WFINGARTENSIS de Guelfis Principibus apud LEIBNITIUM* l. c. pag. 805.

i) **ECKSTORMIUS** in Antiqu. Walckenredensibus pag. 57. **LEUCKFELDUS** in ejusdem Cœnobii Antiquitatibus cap. 19. §. 19. p. 410. lit. c. **RETHMAYERUS** in Antiquit. Brunsvic. Additam. ad cap. VI. §. 1. p. 57.

k) **NICOL. BURGUNDIUS** Hist. Ludovici Bavariæ lib. I. p. 4. AVENTINUS l. VIII. p. 529. **TOLNERUS** Histor. Palat. Cap. XVI. p. 358. & cap. XVII. p. 371.

l) **RETHMAYERUS** l. c. §. 2. Documentorum ad cap. V. pag. 35. & 36. **TOLNERUS** Cod. Diplom. §. 70. pag. 60. 61. ubi in Instrumento Transactionis inter **HENRICUM** & Archi-Episcopum Bremensem hæc verba habentur. *Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod discordia que duraverat, inter Ecclesiastam Bremensem & Henricum, Ducem Saxoniæ, Comitem Palatinum Rheni, sic est composita &c.*

a. 1227. oppressit; m) reliquit filiam AGNETEM matrimonio junctam OTTONI ILLUSTRI LUDOVICI Ducis Bavariæ filio, qui Palatinatum deinde cum Bavaria meliore quam pater jure & felicioribus possedit auspiciis. n)

§. XIII.

Si quis vero excipiat cum Cel. STRUVIO ea quæ protuli demonstratum quidem dare antiquo Jure Publico duorum Ducatum possessionem licitam & justam fuisse habitam; recentiori vero ac hodierno Imperii Romano-Germanici Statui id ipsum minus convenire, præser-tim cum iam CONRADI III. Imperatoris temporibus de hoc dubitam fuerit, illi repono: CONRADI judicium nullum & nil præter colorem fuisse, quo ipse injustum facinus incrustare tentavit supra abunde probatum esse; legem sive scriptam sive non scriptam semper in usu esse præsumi; donec aut lege aut consuetudine contraria ei derogatum esse clarissime demonstretur, quod tamen

D 3

usque

m) ALBERTUS STADENSIS ad a. 1027. p. 207. KRANTZIVS l. VII. Saxon. Cap. 40. TOLNERUS Histor. Palat. Cap. 16. pag. 360.

n) ANDREAS PRESBYTER Chronic. Bavariae pag. 30. apud SCHILTERUM. Otto filius Ludovici Ducis Bavariae supra memoriati filiam Henrici Comitis Palatini Rheni duxit uxorem & principatum ejus obtinens, Haydelberg & omnia ipsius hereditarie possedit. LEHMANN Chronic. Spirens. lib. IV. Cap. VII. p. 295.

usque adhuc contigisse ignoro; a Ducatibus enim antiquis præcipue ab iis, quibus Archi-Officia annexa erant, ad nostri temporis Electoratus si non certum ast tamen probabile sepe duci posse argumentum inficias ire vix quisquam poterit. a) Ut vero omne dubium Electorum animis penitus eximatur post fatale quoque illud Interregnum et conditam a CAROLO IV. Auream Bullam duorum Electoratum possessionem iustum ac legitimam fuisse habitam sequentibus, ni fallor, exemplis ac argumentis euincam.

§. XIV.

Conferamus tempora LUDOVICI I. Marchionis, in quem pater LUDOVICVS Bauarus Imperator defunctis WOLDEMARO et IOHANNE a. 1323. Brandenburgicum contulerat Electoratum, a) cum Transactione a. 1329.

Ticini

a) Potentiores enim Duces, præcipue vero illi qui Archi-Officiales Imperii erant præcipuas semper in Electione partes habuisse & subsequentibus temporibus circa Interregnum tandem Electionem Regis Romanorum sibi solis vindicasse apud recentiores Juris Publici Doctores in confessio est. vid. KEMMERICH l. c. lib. IV. Cap. V. §. X. Spener l. c. Lib. II. Cap. IV. §. V. seqq. pag. 162. seqq.

a) ALBERTUS ARGENTINENSIS pag. 121. apud URSTI-
SIUM, HENRICUS REBDORFF. pag. 613. Tom. I. apud
FREHERUM CHRONICON ELWANGENSE ad a. 1324. l. c.
pag. 681. NICOLAUS BURGUNDUS Histor. Bavariae lib. II.
pag. 59. LUDOVICUS Imperator in Diplomate apud AVEN-
TINUM

Ticini cum RUDOLPHI in exilio defuncti filii inita;
 hac LUDOVICUM, STEPHANUM, ac fratri RUDOLPHI I. Palatini filios vicibus alternis, se invicem in dignitate Electorali avita excipere debere stipulatus est
 Imperator LUDOVICUS; b) patebit hinc duo LUDOVICO.

TINUM lib. VII. Cap. XVI. §. 22. dicit: *Recte, bene ac sapienter sicut Legibus cautum est; more Majorum; Brandenburgensem Ducatum, quem ille homo, qui vulgo Papa dicitur, Medenburgensem faiso vocat, filio nostro Ludovico in tutelam atque fidem commisimus.*

b) HENRICUS REBDORFF. pag. 614. I. C. ANDREAS PRESBYTER RATISBONENSIS. Chronic. Bavariae pag. 34. apud SCHILTERUM, AVENTINUS Lib. VII. c. 17. n. 20. NICOLAUS BURGUNDUS l. II. pag. 123. cuius verba, cum thesina meam egregia illustrent, hic apponere lubet: *Imperator paternam hereditatem, quam cum fratre (RUDOLPHO) pro induiso possederat, in aquas partes distribuit & fraternalis liberis optione data, quam vellent, portionem eligere. Communem autem septemviratum sic paritus est, ut sui, fraternalique liberi eorumque heredes alternatim suffragia in Comitiis ferrent, nunc hac videlicet, nunc illa linea; Prima tamen Palatinis cederet Eleccio, deinde perveniret ad LUDOVICUM & Stephanum suos liberos, inde rursus ad fraternalm lineam transitura. Pena quoque nominatim adiecta est, ut suo jure in perpetuum caderet, qui circumscripta alterutra linea, transgrederetur legem conventionis*
deficientibus masculis in alterutra linea ad alteram tota perveniret hereditas. Diploma Transactio-
nis hujus videri potest in Chur-Bayerischer Ablehnung des Herrn
Pfälz-Graffen CAROLI LUDOVICI Manifest apud LONDORIUM Tom. IV. Contin. Lib. III. C. CVIII. lit. H. Documentorum. Conf. Illustr. a LUDEWIG ad Auream Bullam Tit.
§. 1. Parte I. pag. 526.

vice Marchioni in Collegio Electorali suffragia vi paeti
hujus competitisse.

§. XV.

SIGISMUNDUS Imperator duobus quoque Ele-
ctoratibus Bohemico nempe et Brandenburgico praefuis-
se dicitur a plurimis, qui tamen recte a STRUVIO l. c.
erroris arguuntur; ille enim Marchiam Brandenbur-
gicam, quam a patre CAROLO IV. a. 1373. acceperat,
a. 1415. FRIDERICO Burggravio Norimbergensi ven-
didit et a. 1417. in Concilio Constantiensi consentientibus
Electoribus JOANNE II. Moguntino, WERNERO
Trevirensi, THEODORICO II. Coloniensi, LUDOVI-
CO III. Barbato seu Coeco Palatino & RUDOLPHO III.
Saxone solenniter tradidit, ac de dignitate Electorali &
Officio S. R. I. Archi-Camerarii investivit, fratre WEN-
CESLAO Rege & Electore Bohemiae adhuc superstite &
demum a. 1418. vel sequenti anno mortuo. a) Verum
his non obstantibus ipsa hæc Marchiæ in Fridericum
trans-

a) WENCESLAUM a. 1418. ex Apoplexia Pragæ mortuum esse tra-
dunt DUBRAVIUS lib. 23. Hist. Bohem. pag. 197. BROWERUS
Annal. Trevirens. ad h. a. §. 2. pag. 267. MATTHIAE Theatr.
Hist. pag. 944. ANDREAS VERO PRESBYTER RATISBON.
l. c. pag. 42. MÜNSTERUS lib. III. Cosmograph. cap. 19. p. 435.
LEHMANN Chronic. Spirens. cap. 59. pag. 826. ejus mortem
ad a. 1419. referunt.

translatio argumentum mihi præbet, duos Electoratus ab uno eodemque simul possideri posse: adjecit enim SIGISMUNDUS venditioni Marchiæ ac dignitatis Elec-
toralis paetum, quo sibi & WENCESLAO fratri ipso-
rumque hæredibus masculis quocunque tempore qua-
dringentis millibus aureorum Hungaricorum Friderico
solvendis Marchiam, dignitatem Electoralem ac Archi-
Officium reliuere liceret, & quo FRIDERICI prole ma-
scula extincta ipsa cum dignitate Electorali ad SIGIS-
MUNDUM ejusque hæredes & his mortuis ad WEN-
CESLAUM rediret. b)

§. XVI.

Electio FRIDERICI V. Palatini in Regem Bohe-
miæ ex variis quidem rationibus ab Austriacis impugnata
fuit, nunquam tamen hanc prolatam esse memini, quod
jam Elector alium insuper Electoratum ambire ac acqui-
rere

- b) KRANTZIUS lib. IX. Vandal. Cap. 38. & lib. XI. Saxon. Cap. I.
NAUCLERUS Vol. 2. Generat. 48. ad h. a. pag. 1048. & 1064.
JOANNES TRITHEMIUS Annal. Hirsaugiens. ad a. 1417.
Tom. II. pag. 355. PEUCERUS lib. V. Chronic. Carionis pag.
628. HERM. ab HARDT Histor. Concilii Constantiens. Tom. IV.
p. 1222. CERNITIUS Histor. Elector. Brandenburg. p. 17. REI-
NERUS REINEGGIUS in Originibus stirpis Brandenburgicæ
pag. 31. LIMNAEUS Lib. V. Juris Publ. c. 7. §. 82. pag. 188. & 189.
& Tom. IV. in Addit. pag. 824. & 825. STRUVII Corpus Histo-
riæ Germanicæ Period. IX. Sect. IX. pag. 709.

E

rere non potuisset, quod ii sane silentio minime præterituri fuerant, si id in jure fundatum esset.

§. XVII.

Ex recentissima Sacri Romani Imperii historia sequentia adducam, cum ex iis sententiam meam & probari & illustrari posse mihi videatur, admissa a. 1708. nono in Collegium Electorale Principe, Brunsvicensi Duce, lege cautum, si superstite adhuc mascula prole ERNESTI AUGUSTI Palatinus Electoratus ad Principem Protestantum sacris addictum devolveretur, Catholicis Electoribus suffragium, quod supra numerum ordinarium accederet, concedendum, idemque a primo Electore Catholico, Moguntino nempe, ferendum esse. a) In SANCTIONE PRAGMATICA Imperatoris CAROLI VI. in qua modus & ordo succedendi in omnibus Regnis ac Provinciis Austriacæ Gentis & consequenter etiam in Regno & Electoratu Bohemiæ stabilitus, deficiente CAROLI VI. prole tam mascula, quam sceminea jus succedendi ultimi defuncti Imperatoris JOSEPHI filiabus MARIAE JOSEPHÆ & MARIAE AMLIAE, quæ ambæ Electoribus, Saxoni nempe & Bavarо, nuperant, observato tamen primogenitura jure, datum est.

§. XVIII.

a) Acta exhibent FABRI Staats-Cangley Tom. XIII. c. IX. ELECTA IURIS PUBLICI Tom. I. n. 1. Bücher-CABINET P. VIII. pag. 368.

§. XVIII.

Supersunt adhuc quædam rationes, quæ licet non eadem, qua reliquæ, vi censeri possint, allegari tamen omnino debent. LIMNÆUS l. c. pag. 350. argumentatur inde, quod quis simul Imperator & Elector esse posse. THULEMARIUS l. c. pro ratione allegat, quod quis plures Principatus, quibus dignitas Electoralis non adhæret, possidere & pro singulis suffragio in Comitiis Principum frui possit; probat hoc multis exemplis ex subscriptione Recessus Imperii novissimi de anno 1654. quod tamen cum sit notissimum ex charta in papyrus transcribere nolo.

§. XIX.

Quæstione ita decisa oritur disputatio, num in tali duorum Electoratum in unum Principem conlatione strictum illud primogeniturae jus in familiis Electoralibus per Auream Bullam introductum perpetuo observari debeat, ita ut nullo unquam tempore hi duo Electoratus separari ac inter duos Electoris filios Principes dividiri possint: hanc vero disceptationem cum altioris sit indaginis meque tempus spatiumque deficiant acutioribus ac in Juris publici Prudentia magis versatis dijudicandam relinquo.

T A N T U M.

Straßburg, Diss., 1723-39

ULB Halle
002 491 648

3



4
Sb.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
inches

D. B. V.

INAUGURALIS

LIBENS

PRINCIPEM
DUORUM
JVM SECULARIUM
SSOREM,

A M

O P R A E S I D E

E C R E T O

L T A T I S J U R I D I C A E

A T E A R G E N T O R A T E N S I

C E N T I A

QUE JURE HONORES
OCTORALIA RITE
QUENDI,
TORUM EXAMINI

R I T

US TREITLINGER,
INENSIS,

O. R. MDCCXXXVII.

Q. C.

T O R A T I,
U S C H I N G E R I , Typogr.
5 o.

527.

17372.

22

8